DIOCÈSE DE PARIS

PAROISSE CATHOLIQUE
SAINT - EUGÈNE
SAINTE - CÉCILE

4, RUE DU CONSERVATOIRE
75009 PARIS

DIMANCHE 7 NOVEMBRE 2012
MESSE DE 11H00

CELEBREE SELON LE MISSEL DU
BX JEAN XXIII
(FORME EXTRAORDINAIRE)

MESSE DU XXIIIEME DIMANCHE APRES LA PENTECOTE

PROCESSION D'ENTREE

Iam lucis orto sidere – Hymne de l'office de Prime – texte du VIIIème siècle – traduction de Pierre Corneille (1606 † 1684) – mélodie du VIIIème ton en usage à Nancy.



JAM lucis **or**to sídere	*Les astres et la nuit à l'aurore ont fait place :*
Deum precémur supplices,	*Supplions un Dieu tout-puissant*
Ut in diúrnis áctibus	*Que durant le cours du soleil qui les chasse,*
Nos servet a nocéntibus.	*Nous ne portions nos mains à rien que d'innocent.*
Linguam re**fræ**nans témperet,	*Qu'il tienne à notre langue une bride sévère,*
Ne litis horror ínsonet :	*Qu'il lui fasse horreur des débats ;*
Visum fovéndo cóntegat,	*Qu'il daigne ouvrir nos yeux à sa sainte lumière,*
Ne vanitátes háuriat.	*Qu'il daigne les fermer à tous les vains appas.*
Sint pura **cor**dis intima,	*Que le fond de nos cœurs, sans tache et sans ordure,*
Absístat et vecórdia :	*Repousse tous les faux plaisirs ;*
Carnis terat supérbiam	*Que la sobriété dompte de la nature*
Potus cibíque párcitas.	*Le plus rebelle orgueil et les plus fiers désirs.*
Ut cum di**es** abscésserit,	*Qu'il nous mette en état qu'au bout de la journée,*
Noctémque sors redúxerit,	*Quand la nuit reprendra son tour,*
Mundi per abstinéntiam	*Dans cette pureté qu'il nous aura donnée,*
Ipsi canamus gloriam.	*Nous chantions à sa gloire un cantique d'amour.*
Deo Pa**tri** sit gloria,	*Gloire au Père éternel ! gloire au Fils ineffable !*
Ejúsque soli Fílio,	*Gloire à l'Esprit saint et divin !*
Cum Spíritu Paráclito,	*Gloire à leur unité, dont l'essence immuable*
Et nunc et in perpétuum. Amen.	*Règne sans borne aucune, et régnera sans fin ! Amen.*

INTROÏT

VIEME TON - JEREMIE, 29, 11,12 & 14 - PSAUME 84, 2

DICIT DOMINUS : * Ego cógito cogitatiónes pacis, & non afflictiónis : invocábitis me, et ego exáudiam vos : et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis. – Ps. Benedixísti, Dómine, terram tuam : * avertísti captivitátem Jacob. – V/. Glória Patri.

Voici ce que dit le Seigneur : Je connais les pensées que j'ai pour vous : pensées de paix & non de malheur ; priez-moi et je vous écouterai. Je ferai cesser votre captivité et je vous rassemblerai de partout. – Ps. Tu as béni, seigneur, ta terre ; tu as ôté la captivité de Jacob. – V/. Gloire au Père.

COLLECTE

Orémus. – ABSOLVE, quæsumus, Dómine, tuórum delícta populórum : ut a peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitáte contráximus, tua benignitáte liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Prions. *– Nous t'en prions, Seigneur : remets les péchés de ton peuple, fais que, par ta bonté, nous soyons affranchis des liens que dans notre inconstance, nous nous sommes forgés. Par Notre Seigneur Jésus Christ ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour tous les siècles des siècles.*

R/. Amen.

LECTURE DE L'ÉPITRE DE SAINT PAUL, APOTRE, AUX PHILIPPIENS

3, 17-21 ; 4, 1-3

Fratres : Imitatóres mei estóte, et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos sæpe dicébam vobis (nunc autem et flens dico) inimícos Crucis Christi : quorum finis intéritus : quorum Deus venter est : et glória in confusióne ipsórum, qui terréna sápiunt.

Nostra autem conversátio in cælis est : unde etiam Salvatórem exspectámus, Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ, secúndum operatiónem, qua étiam possit subícere sibi ómnia.

Itaque, fratres mei caríssimi et desideratíssimi, gáudium meum et coróna mea : sic state in Dómino, caríssimi. Evódiam rogo et Sýntychen déprecor idípsum sápere in Dómino. Etiam rogo et te, germáne compar, ádjuva illas, quæ mecum laboravérunt in Evangélio cum Cleménte et céteris adjutóribus meis, quorum nómina sunt in libro vitæ.

Frères, soyez mes imitateurs, et observez ceux qui se conduisent d'après l'exemple que vous avez eu en nous. Car, je vous l'ai souvent dit, et je le redis aujourd'hui en pleurant, beaucoup se conduisent en ennemis de la croix du Christ. Leur but, c'est la perdition ; leur dieu, c'est leur ventre, et leur gloire est dans ce qui fait leur honte ; ils n'apprécient que les choses de la terre. Mais nous, nous sommes citoyens des cieux, d'où nous attendons comme sauveur le Seigneur Jésus-Christ ; lui qui transformera notre corps de misère et le fera semblable à son corps de gloire, selon le pouvoir qu'il possède de se soumettre toutes choses. Ainsi donc, frères bien-aimés et tant désirés, ma joie et ma couronne, tenez ferme dans le Seigneur, mes bien-aimés ! J'invite Evodie et j'invite Syntykhè à se mettre d'accord dans le Seigneur. Et toi aussi, vrai compagnon, je te le demande, viens à leur aide, car elles m'ont assisté dans la lutte pour l'Evangile, avec Clément et mes autres collaborateurs dont les noms sont inscrits au livre de vie.

GRADUEL

VIIEME TON - PSAUME 43, 8-9

Liberásti nos, * Dómine, ex affligéntibus nos : & eos, qui nos odérunt, confudisti. – V/. In Deo laudábimur tota die, & in nómine tuo confitébimur * in sæcula.

Tu nous as délivrés, Seigneur, de ceux qui nous affligeaient ; et tu as confondu ceux qui nous haïssaient. – V/. Nous nous réjouirons en Dieu tout le jour, & nous chanterons ton nom dans les siècles.

ALLELUIA

VIIEME TON - PSAUME 129, 1-2

Allelúia, allelúia. – V/. De profúndis clamávi ad te, Dómine : Dómine, exáudi * oratiónem meam. Allelúia.

Alléluia, alléluia. – V/. Des profondeurs j'ai crié vers toi, Seigneur, Seigneur exauce ma prière. Alléluia.

SEQUENTIA SANCTI EVANGELII SECUNDUM MATTHÆUM

9, 18-26

In illo témpore : Loquénte Jesu ad turbas, ecce, princeps unus accéssit, et adorábat eum, dicens : Dómine, fília mea modo defúncta est : sed veni, impóne manum tuam super eam, & vivet. Et surgens Jesus sequebátur eum et discípuli ejus. Et ecce múlier, quæ sánginis fluxum patiebátur duódecim annis, accéssit retro, & tétigit fímbriam vestiménti ejus. Dicébat enim intra se : Si tetígero tantum vestiméntum ejus, salva ero. At Jesus convérsus et videns eam, dixit : Confíde, fília, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est múlier ex illa hora. Et cum venísset Jesus in domum príncipis, et vidísset tibícines et turbam tumultuántem, dicébat : Recédite : non est enim mórtua puélla, sed dormit. Et deridébant eum. Et cum ejécta esset turba, intrávit et ténuit manum ejus. Et surréxit puélla. Et éxiit fama hæc in univérsam terram illam.

En ce temps-là, tandis que Jésus parlait aux foules, un chef s'approcha et, prosterné devant lui, il disait : « Ma fille est morte à l'instant, mais viens lui imposer la main et elle vivra. » Jésus se leva et le suivit avec ses disciples. Et voici qu'une femme, souffrant d'hémorragie depuis douze ans, s'approcha par derrière et toucha la frange de son manteau. Car elle se disait : « Si seulement je touche son manteau, je serai sauvée. » Jésus se retourna et, la voyant, il dit : « Confiance, ma fille, ta foi t'a sauvée. » Et dès cet instant, la femme fut sauvée. Jésus arriva à la maison du chef, et, voyant les flûtistes et la foule bruyante, il dit : « Retirez-vous ; car la fillette n'est pas morte, elle dort. » Et on se moquait de lui. Or, quand on eut fait sortir la foule, il entra, prit la fillette par la main, et elle se leva. Et le bruit s'en répandit dans tout le pays.

OFFERTOIRE

Répons du Propre

IIND TON - PSAUME 129, 1-2

De profúndis * clamávi ad te, Dómine : Dómine, exáudi oratiónem meam : de profúndis clamávi ad te, Dómine.

Des profondeurs j'ai crié vers toi, Seigneur, Seigneur exauce ma prière : des profondeurs j'ai crié vers toi, Seigneur.

Pendant les encensements de l'offertoire, chant du Dirigatur du IInd ton



R/ Que ma prière, Seigneur, s'élève comme l'encens devant ta face.

(les fidèles sont invités à reprendre ce répons avec la schola – suite des versets dans le livret de chants verts).

SECRETE

Pro nostræ servitútis augménto sacrifícium tibi, Dómine, laudis offérimus : ut, quod imméritis contulísti, propítius exsequáris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti…

Reçois de tes serviteurs, Seigneur, ce sacrifice de louange, et, sans mérite de notre part, agrée-le favorablement. Par Notre Seigneur Jésus Christ ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu…

APRES LA CONSECRATION

O salutaris sur le ton du récitatif liturgique de la préface – Henri de Villiers (texte : cf. livret vert)

COMMUNION

Antienne du Propre — IER TON – MARC 11, 24

Amen, dico vobis, * quidquid orántes pétitis, crédite quia accipiétis, & fiet vobis.

Amen, je vous le dis : tout ce que vous demandez par la prière, croyez que vous le recevrez, et cela sera fait pour vous.

Prière pour la France, faux-bourdon parisien du Ier ton (d'après l'édition de 1739 – texte : livret vert)

POSTCOMMUNION

Orémus. – Quæsumus, omnípotens Deus : ut, quos divína tríbuis participatióne gaudére, humánis non sinas subjacére periculis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Prions. *– Nous t'en prions, Dieu tout-puissant : ne laisse pas succomber dans les embarras humains ceux à qui tu donnes la joie d'avoir part à tes mystères divins. Par Notre Seigneur Jésus Christ ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour les siècles des siècles.*

R/. Amen.

AU DERNIER ÉVANGILE : INVIOLATA — (CF. LIVRET DE CHANTS VERT)

PROCESSION DE SORTIE

Vers la mort qui vient – cantique du R. P. P. Jacques Bridaine (1701 † 1767) – texte de l'abbé E. Blineau



1. Vous a**vez** promis
L'éter**nel**le fête
A tous **vos** amis
Dans la **paix** parfaite.

2. Vous m'a**vez** offert
Cet hon**neur** insigne ;
Vous a**vez** souffert
Pour m'en **ren**dre digne.

3. Contre **les** dangers
Que mon **cœur** redoute,
Vous me **pro**tégez
Dans ma **lon**gue route.

4. Vous se**rez**, Seigneur,
Mon très **doux** partage :
Infi**ni** bonheur,
But de **mon** voyage.

Schola Sainte Cécile
Direction : Henri Adam de Villiers
à l'orgue, Touve R. Ratovondrahety